

De renum usu paradoxum / [Joannes Georgius Fabricius].

Contributors

Fabricius, Johann Georg, 1593-1668.
Sennert, Daniel, 1572-1637

Publication/Creation

Wittenberg : J. Richter, 1618.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/kukcraut>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

2117
2117
CYNΘΕΩ,

Hoc

De

R E N U M

Usu

P A R A D O X U M,

S U B P R A E S I D I O

Viri Clarissimi pariter atq; Excellentissimi,

Dn. DANIELIS SENNERTI,

Phil. & Med. D. ac P. P., Facultatisq; Medicæ Senioris
& p. t. Decani Spectabilis, Fautoris sui pl.
ob servandi,

In almâ Leucoreâ

D I S P U T A T I O N I S L O C O

Publicè defendere conabitur

M. JOH. GEORG. FABRICIUS,

Norimbergensis.

*Ad diem 7. Calend. Octobris, horis à sextâ matutinis,
in Acroaterio Medicorum.*

WITTENBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ Johan. Richteri.

A N N O C I C I C X I X.

1618

VIRIS
AUCTORITATE PRUDENTIA FIDE
LEGALIQUE SCIENTIA
PRAEEMINENTISSIMIS
DN. PETRO SCHUBACH QUAESTORI IN
DIOECESI ZINNENSI OPTI-
ME MERITO
DN. JACOBO MAURITIO J. V. C. ET SCABE-
NATUS JUTREBOGENSIS AD SESSO-
RI HONORATISSIMO
ET
DN. HENRICO HAGEN J. V. C. DIGNISSIMO.
FAUTORIBUS AFFINIBUS ATQUE AMICIS
SUIS EXOPTATISSIMIS
M. JOH. GEORG. FABRICIUS NORIM-
BERGENSIS
HANC DE RENUM USU DISPUTATIONEM
IN
AMORIS AC OBSERVANTIAE
MON.
DEVOTE
DEDICAT.

PARADOXI

RENUM usu

Thesis I.

Quamobrem interdum à veterum opinionibus discedendum sit, præclare explicat Aristoteles, *lib. i. Ethic. c. 6.*, ubi Platonicam rejecturus sententiam: Præstat, inquit, atque adeò oportet etiam ita nos veritati addictos esse, ut præ illâ vel nostra ipsorummet decreta evertere non dubitemus. Atque mox addit: Α' μΦοιν ὄντοιν Φίλοι, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀληθείαν.

II.

Ideoq; veritatis investigatio semper culpâ caruit. Immò, ut Gal. *i. de Us. Respirat. c. i.* habet: τολμητέον τε ιψή ζητητέον τὸ ἀληθές. εἰ γὰρ ιψή μὴ τύχωμεν ἀυτῷ πάντως, δήπτα πλησιέσερον, ή νῦν ἐσμὲν, ἀφιξόμεθα.

III.

Unde minimè nobis vitio verti poterit, si Re-num usum explicaturi aliquid præter vulgatam Medicorum doctrinam proposuerimus. Neque

A

enim

enim animus est, antiquis temerè obloqui, sed
veritatē eruere, inquirendo: Num ei, quam sacræ
literæ de Uſu Renūm ſententiā ſuggerere viden-
tur, consentanea inveniri in Medicinā poſſit?

IV.

Physici ac Medici pleriq; in eâ hodiè ſunt ſen-
tentia, Renūm nullum aliuni & in homine, & in
alijs animalibus uſum eſſe, quām ut peculiari vi
feroſum humorē à maſſā ſanguineā per vasa e-
mulgentia attrahant, atq; ita ſanguinem à fero
purgent.

Verūm, ſi ea, quæ paſſim in ſacris literis ex-
ſtant, perpendamus, aliis prætereā uſus renibus
omnino assignandus videtur.

V.

Psalmo 7.v.11. Psalm. 26.v.2. Jerem. c. 11.v.20.
c. 17. v.10. c. 20. v.12. Apoc. c. 2. v. 20. Deus corda &
renes ſcrutari dicitur.

VII.

In quibus locis per Renes pravas concupi-
ſcentias & cupidinem rei Venereæ intelligi, non
pauci Theologi cefent.

VIII.

Ita enim Nicol. de Lyr. loca Jerem. c. 17. &
Apocal.

Apocal. c. 2. Quia ego sum scrutans renes & corda, explicat: Examinans & puniens concupiscentias & malas cogitationes.

IX.

Et ad locum Nahum c. 2. v. 10: Et dolor seudefectio in cunctis renibus, Glossa habet: & deficiunt omnes voluptates carnis.

X.

Et ad locum Jerem. c. 12. v. 2: Et longè abes à renibus eorum, addit: quoniam erant adulteri.

XI.

Et ad psalmum 16. v. 7. ut etiam renes mei me noctu castigent, annotat Sebast. Castellio: Ut meæ nocturnæ coērceantur libidines.

XII.

Et ad Levit. cap. 3. ubi Deus mandat, ut renes ac omnis pinguedo ipsi offeratur, & ne sacerdotes ista comedant, interpretes annotant: Sacerdotes ita curare debere suum corpus, ne lasciviant. quasi renes occultâ vi pruritum amoris excitant.

XIII.

Et ad vocē Renes scribit ex Rabbi David. San-

tes Pagninus in *Lexico Hebraeo*, eos apud Hebræos nominari כְּלֵזֶת, à כְּלֵזָה, quod est desiderare, quòd ibidem sit desiderium coitūs.

XIV.

Et Flacius, in *Clave Scripturae*, Renes tum urinæ expurgandæ, tūm etiam genitali semini ac generationi servire affirmat.

XV.

Unde, ut idem Flacius, eod. loco annotat, Scriptura lumbis generationem tribuit, ut 1. Reg. c. 8. v. 19. & ad Hebr. c. 7. v. 5. & 10. videre est. Et vetus versio aliquoties pro lumbis Renū vocē usurpat.

XVI.

Neq; solūm Hebræorum ista fuit sententia: Sed & Varro, ut Isidorus, lib. II. Orig. habet, Renes dictos putavit, quod rivi ab his obscæni humoris nascantur: & lumbos, ob libidinis lasciviam.

XVII.

Quæ omnia cum occasione nobis præbeant de Uſu Renum diligentius cogitandi, operæ pretium esse putamus, renum naturam penitus insueri, & de illo imprimis disquirere: Num præter feri expurgationem alium adhuc usum habeant, fanguinis nimirum ad semen generandum præparationem?

XVIII.

XVIII.

Et primò quidem cum Rēnes peculiare, ut reliqua viscera, parenchyma, & quidē, ut rectè Galenus sentit, non multum à cordis substantiā differens habeant; reliquorumq; viscerū carnib⁹ concoquendi peculiaris vis, & quidem singulis propria, tribuatur: caussa non est, cur ea Renum parenchymati deneganda sit.

XIX.

Neque videmus, quomodo Galeni ratio concludat, *6. de decret. Hippocr. & Plat. c. 8.*, epati vim sanguificandi & cordi sanguinem arteriosum generandi tribuentis, eā de caussā, quod epar peculiare parenchyma habeat, peculiare itidem cor, & epatis quidem parenchyma colore sanguini venoso, cordis verò sanguini arterioso respondeat: nisi etiam peculiaris vis sanguinem suo modo elaborandi Renum parenchymati tribuatur.

XX.

Deinde cum vena emulgens tām magna, & omnium à cavā prodeuntiū amplissima sit, multum etiam sanguinis ad renes vehit; & quāto profici nutritione Renes non indigent. Reliquū ergo cum sanguine arterioso mistum, & sero defecatum, ut in alium usum cedat, necesse est.

XXI.

Tertiò, Arteriâ tām amplâ, si tantūm serosum humorem expurgarent renes, opus non fuisset: sed id potius officium habent arteriæ, ut sanguis arteriosus sanguini venoso confusus & mistus, atque à sero maximè repurgatus, in renibus aliquo modo mutetur atque elaboretur, quem venæ & arteriæ spermaticæ, quæ statim sub renibus & ad renes sanguinem hauriunt, ad seminis generationem in testes deferant.

XXII.

Nam quod vulgò docetur, arterias emulgentes, ut arteriosum expurgēt sanguinem, serumq; in arterijs copiosissimum in renes effundant, factas esse, difficultate non caret.

XXIII.

Qui enim ex Gal. 5. *de Us. part. c. 5.* ideò serum in arterijs contineri probare conantur, quod arteriæ renibus datæ sunt, ij principium pertinent, & incertum per æquè incertum probant.

XXIV.

Nam si venæ emulgentes datæ sunt, ut sanguinem à seroso humore purgent; atq; ex venâ cavâ optima sanguinis portio ad dextrum cordis ventri-

ventriculum fertur, & ex eo demum in sinistro
cordis ventriculo sanguis arteriosus elaboratur:
Unde in arteriâ magnâ, quæ ex sinistro ventricu-
lo Cordis non ita longo à renibus intervallo ex-
oritur, copiosissimum illud serum ortum habeat?

XXV.

Et proindè Galeno, *loco allegato* quærenti; si
non sanguinis in ipsis contenti à sero purgandi
gratiâ renibus arteriæ immittantur, quænám alia
caussa fuerit, cur eâ magnitudine Natura eas ef-
ficerit, ad cavitatemq; renum divisas ipsas, haud
secus ac venas, produxerit? responderi potest:
factas esse, ut sanguinem arteriosum ad renes fe-
rant, qui in eorum substantiâ cum sanguine ve-
noso mixtus & alteratus semini generando mate-
riam præbeat.

XXVI.

Rursus quæ fit, quod sapor ac odor ille, qui
in animalibus plurimis non castratis per univer-
sum corpus diffunditur, maximè etiam in reni-
bus percipiatur, & præcipue in adultis? In novel-
lorum autem ac teneriorum quadrupedum Re-
nibus, cum nondum fœminas ineunt, non ita
percipiatur?

XXVII.

XVII.

Oribasius quoq; lib. 6. Collect. c. 38. ex suppressione ac retentione seminis renes male affectos fuisse deprehendit.

XXVIII.

Insuper in Gonorrhœa medicamenta lumbis ad semen imminuendum atq; alterandum applicantur, ut ex Aretæo l. 2. morb. Chronic. c. 7. Trallian l. 9. c. 9; & alijs passim videre est,

XXIX.

Atq; hæ potissimum rationes sunt, quib⁹ quis adduci posse videtur, ut de vulgatâ sententiâ de Usu Renum dubitet. E'si d̄e, ut habet Aristoteles, *Metaph. B. c. 1. τοῖς ἐυπορῆσα γενιλομένοις προύργα τὸ διαπορῆσα καλῶς.*

Ad prestantissimum nec non Doctissimum Virum,

Dn. M. JOHANNEM GEORGIUM FABRICIUM, amicum meum singularem.

LAUDIBUS haud ego te Fabrici ornavero: nostrum.

Non est conatu dicere digna tuo.

Tu Medicum sectator eris, Sophiæq; beatæ

Suspicioes animo sacra statuta tuo

Magnum opus est! Quod si cæptum feliciter urges,

Quis te non pleno semper amore colat?

Sis felix! nec enim verbis magis appreco. Ipse

Te doctum sistes; annuet alma Trias.

Sinceræ amicitiæ ergò f.

Paulus Schenckius Hamburgensis.